Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de contractibus - Cod. Aug. pap. 108

Henricus <de Hassia>

[Reichenau ?], [15. Jahrh.]

Hainricus de Hassia: praequaesito

urn:nbn:de:bsz:31-93341

Visual Library

Dn̄o Comiti hainrico de liupfen

Frater hainricus plant humilem in omnibus subiectionem suam

Generose dn̄e Nuper intellexi ratoldi de mandato
dominationis vestre desiderij vt vobis quandam materiam
de sibillarum origine et earum vaticinio et multiplicitate
rescribere transmitterem Operam dare cupiens studiose vestro
desiderio libros apud nos voluens folia comparans Reperio
vos predictam materiam luculenter habere In libro rabani
quinto de anno de proprietate rerum capitulo 3o quem nouissime a
dno abbate et conventu monasterii augie maioris accomodatum
tenetis ea parte qua amare glorificetis illud premium

Sed quid sentiendum sit de eisdem mulieribus
disputat magister hainricus doctor egregius de hassia
In volumine suo Septimo super genesim lecture sue
quod incipit Taliter ergo et tantum dictum sit etc
et querit ut infra

Quid etiam de quibusdam mulieribus que aliquando apparuerunt in
populo cristi tamquam prophetes aut doctores vaticinia scribentes
de futuris vitia omnium statuum redarguentes et exilium ecclesie
deplorantes ut nostra Rinensis Sibilla hiltegardis que tempore
sancti bernhardi floruit Et illa moderni temporis brigitta
de swecia Iste femine et si que similes fuerunt quo spiritu agebant
Aut qua auctoritate vel cuius quo ausu hec fecerunt Cum apostolus dicat
mulierem docere non permitto et Alibi quomodo predicabunt nisi
mittantur Quis autem misit illas etc est quod non homo sed deus
specialiter docere debebant Cur et alie mulieres longe sanctiores
vt sancta elizabeth et cetere nichil talium attemptauerunt sed
solum perfectiori virtutum studuerunt non intromittentes se de
imperfectionibus eorum statibus Quid hic sentiendum sit potest elici
satis ex illis que superius dicta sunt de ordinariis potestatibus ecclesie
et de missionibus eorum quibus docere habent Quid amplius dici potest
nisi quod non omnes huiusmodi mulierum doctrinas tamquam specialiter a
spiritu sancto editas habemus aut predicamus Tum quia potest iuxta

premissa similia fieri ex industria humana excitata et lumine
fidei confortata et fatigata. Tum quia nil pluribus illi quoque
illusi fuisse eo quod forte non sine causa vel culpa presumpserunt
illa facere que ad ipsas non pertinuerant. Tum quia si libri earum
bene inspiciantur occurrent et excidet et modus dicendi aliquando
nimis sapida minus nobilia aut veritati dissona. Tum quia
superbarie videntur eorum prophetie et doctrine. Cum quod evidenter
ex sacris scripturis et sanctis doctoribus habeamus quod quia de talibus est
saluti necesse. Tum quia stat aliquem esse valde sanctum et tamen omnes
doctrinas eius esse ex spiritu humano. Igitur non omnes si fuerint sancte
mulieres quod ergo totum ex spiritu sancto processit quod prophetaverint
vel quomodo doctrine dixerunt. Tum etiam tria non excedat
ingenium humanum in rerum consideracionibus humanarum aliqualiter
excitati. Ista quippe obviare videantur doctrinis veterum
utriusque sexus. Verumptamen negligenciam eorum ad quos ordinarie spectat
iudicare doctrinas et vicia corrigere facere potuit quod deus in ipsorum
maiorem confusionem suscitaverit etiam quasdam mulierculas
tamquam doctores et prophetissas ut propter novitatem aut raritatem
mulierum doctrinas legerent quam sanctorum libros et divinas scripturas
legem neglexerint. Timendum est ne sit tempus vel appropinquet
in quo ut apostolus dicit homines dimissis doctrinis sanis et solidis
ad novitates que aures pruriunt et ad fabulas convertentur
2 ad Thimotheum 4o. Huius exemplum est predictorum quod propter negligenciam
iudicum israel deus suscitavit spiritum pueri iunioris cui
nomen erat daniel ne sanguis innocens susanne effunderetur
ut habetur danielis xiii et similia multa allegari possent que in scripturis
tacta fuerint. Hic etiam de gentilibus sibillis inquiri posset. Hunc
viverunt futurorum de quibus vaticinare sunt revelaciones. Secundum
ysidorum viiii ethimologiarum femine prophetantes et plures tales sibille
dicuntur. Nam sios eolico sermone deus bolen grece mentem
nuncupat quasi dei mentem et ita sibilla dei mens interpretatur
Erant enim ut auctores tradunt quedam femine virgines vel
non virgines apud populos famose in congregacione oraculorum responsis
et aliis quas quibus femine apud gentes consulebantur in dubiis
eventibus quia ex merito singularis vite noticiam mentis
dei vel deorum habentes quemadmodum sic apud hebreos consulebantur
veri prophete. Iste mulieres vel aliqua earum poterat esse sancte
et bone unius veri dei cultrices vel esse poterat mage

Aut phitonisse Non et sic aug teste Erant olim ext pplz
Israhel et ante in pplo gentili Aliq boni et Sancti viri
a deo specialit illuminati et directi de qbz fuit Job Cornelius
et aly Sic et aque femine sce et religiose tt esse poterat
a deo defutis in xpo et alys specialit illuminate Vn btg aug
xviij de ciuitate dei ca° xxiij de vaticinio loquens vnius Sibille
dicit q̄ a deo nichil hz in toto carmie suo qd ad deoz flox
cultu ptineat Con q̄ et ita loq vt in eoz nuo cputada
videa q ptinet ad ciuitate dei Si vero femie ille fuert
mage et diuinatrices artibg vanis inbute adhuc ex
dignacoe diuie clemcie in testimoniu salutariu futuru
poterant eaz aliq mag ydonee ctis occasionibg dati
illuminari spealiat de faciend a deo Sic occasion data illu
minatus fuit balaam ariolg q licz malg fuit tn pclara
de xpo pphecia expressit ut pz num xxiiij Multa de
gentib sibill et eaz vaticinys et noibg dit aug xviij
de ciuitate dei c° c° xxiij et ysider viij ethi q voluerit
ibi videat Quicqid sit Vide q sibille in hys q de xpo et
alys ad salute huanaz ptinib pdixert inspirate fuerit
a deo siue fuerit bone siue male Quia no e verisile
qd dyabolus reuelarz hoibz ea q psalute eaz pstiut esse
ventura Dicetes vo aliq pdicte poterat inquitu mage
vel diuinatrices in artibg diuinatorys erudite vt ceteri
supsticiosi sapiētes babilonis Sic eni ista steterit sit in illo
malo balaaz ariolo Ita et in qbgdaz supsticiosi femis sit
stare poterat respectu aliq inspiracio dei et respectu aliq
inspiracio dyaboli Naz donu pphecie no solu extendit
se ad bonos Sz eciā ad malos Sic et cete gra gtis date
q sut Ingeniu pcellens Scia Eloquencia Opulencia Robur
viriu Potestas mundi Agilitas mbroy Que inquitu
supnalit dant dici pnt gtis data Immo qe no dant
gscutie ad aliqd peccans meritu Aut ad pccandu aliquaz
disponcies q posita sp de gnu lege tale donu pona Sic
posita dr poicon embrionis aia infunde Adhuc quamo
pnt dici gra gtis date stz aliq Quia sepe hoies huiusmoi
dona dei recipiut frustra q ad se quiz abutentes ill in
bono n pficientes Sz deficiut hoc mo no dicut dona

gratis data Caritas et ceteri virtutum habitus quibus non contingit
male vti quia sic perficiunt habentibus ut ipsos iustos reddunt et eos
confirment // Ex istis apparet non esse necessarium aliquem statum anime
esse aut dispositiones hominis morales vel naturales requiritur quocumque
se reduxerit spiritus prophetie sibi advenit // Hic absque mi
racione non est quod in solo sexu femineo invente sunt apud
gentiles quedam mulieres spiritum prophetie quamquam non habentes Et non
sic legitur fuisse gentiles vates famosi qui vaticinati sint
de xpo et aliis sicut Sibille Legimus enim sapientes babilonis
fuisse in artibus divinatoriis expertos quos reges gentium in
dubiis consulere consweuerunt Vt patet de Nabucho et pharaone
regibus Sed non invenimus aliquos talium vatum de xpo et eius
futuro iudicio de redempcione et de ceteris de quibus Sibille locute sunt
vaticinatas esse Nec Aliqui philosophorum quamvis plures eorum studiose
veritatis amatores et inquisitores fuerint Et contemptis mundanis
abstracti in solitudine vixerint Cur ergo tales viri non fuerunt
potius illuminati a deo de futuris salutaribus quam quedam femine
inducte Sed quis possit huiusmodi et plurium secretorum dei rationes
reddere nisi altissimo eruditus Dicamus tamen quod forte illa con
suetudine dei sic factum est quia sepe deus eligit Infirma
huius mundi ut confundat fortia Vel forte mulieres ille ex
erudicione paterna vel vnanimiter receperunt fidem unius summi
dei quem soli secundum ritum fidelibus sub lege nature consweti coluerunt
ut Job et alii Philosophi autem sequentes solum cogitaciones quas naturali
investigacione de deo et creaturis habere poterant non movebantur
ad colendum et glorificandum primum in entibus universorum opificem
a quo celum et totam naturam factam et dependere cognoverunt Sed
stulti facti cum putarent se sapientes evanuerunt In cogitacionibus
suis ut de eis dicit apostolus ad ro° quia peccato presumpcionis et
superbie obicem posuerunt divinas revelaciones desuper
capere non meruerunt Hec hainricus de hassia doctor
insignis

Explicit hoc propositio. deo gratias